ORIGENES
12. Jh. Seite 58v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INTER HEC ERGO ERIT ANIME QUEDAM ETIAM
sui agnitio. ꝑ quā scire debet. quę sit eius substantia u
trū corporea an incorporea. ⁊ utrū simplex an ex du
obus uel trib' an ꝯ ex plurib' cōposita. Sꝫ & iuxta quo
rundā questiones utrū facta. an a nullo omnino sit
facta. & si facta sit. q̄m facta sit. utrū ut putant ali
qui. in semine corporali etiā ipsius substantia cōtinet.
⁊ origo eius parit cū origine corporis trahit. an
ꝑfecta ueniens extrinsecus. parato iam & formato
intra uiscera muliebria corpore induit. & si ita sit.
utrū nuꝑ creata ueniat. & tc̄ p̄mū facta cū corpus
uidet ēē formatū. & causa facturę eius animandi
corporis necessitas extitisse credat. an p̄us & olim
facta. ob aliq̄m causā ad corp' suū uenire estimet. &
si ex causa aliqua in hoc deduci credit quę illa sit
causa ut agnosci possit. scienti op' sit. Sꝫ & illud req̄rit.
utrū semel tantū corpore induat. ⁊ post modū id
depositū ult̄ n̄ querat. an cū semel susceptū deposu
erit iterū id sumat. ⁊ si scd̄o sūptū semꝑ habeat. an
aliq̄ndo iterū abiciat. Et si quidē scd̄m auctoritatē
scripturarū consūmatio immineat mundi ⁊ corrup
tibilis status ī incorruptibilitatē cōmutabit. ambi
guū n̄ uideri. qd̄ in p̄sentis uite statu. scd̄o aut tc̄io
in corpus uenire n̄ possit. Hā si recipiat. necessario